Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 35

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 63.

1.
3. 11.

Cod. XXXV.

Chartac. Fol. min. Sæc. 15.

M. T. Ciceronis Orationes.

Exhibentur in eo.

1.

3a–166b

M. T. Ciceronis Orationes Sexdecim, hoc ordine: 1. Pro lege Manilia; 2. pro Cn. Plancio; 3. pro P. Sylla; 4. pro Lic. Archia Poeta; 5. Pro M. Marcello; 6. pro Q. Ligario; 7. pro Rege Dejotaro; 8. pro Milone; 9. pro L. Flacco; 10. pro M. Cælio; 11. pro P. Quintio; 12. pro L. Corn. Balbo; 13. de exilio Suo, i. e. ad populum et Equites Romanos, antequam iret in exilium. Oratio hæc Supposititia est; quam etiam ut Spuriam exhibet Jos. Olivetus in edit. Opp. Ciceronis. Genevæ 1758. 4. 14. Post reditum 1ma ad Quirites; 15. post reditum 2da in senatu; 16. pro. Sex. Roscio Amerino, quam Scriptor reliquit imperfectam.

Not. ~~Oscitantia~~ Incuria Bibliopegi ordinem turbavit.

Urbani de Mellico Orationes.

2.

167a–192b

Quinque orationes Urbani de Mellico. 1ma incipit: Jesus appropinquavit; 2da: Unduam arma lucis; 3tia Desiderio desideravi hoc pasca &c. 4ta: Beati qui habitant in domo tua Domine. 5ta: Cenantibus illis accepit Jesus panem etc. In fine primæ Orationis additum est: "Factus hic sermo in Monasterio Scotorum Anno Domini "1421. per M. Urbanum de Mellico."

f. 172v

Urbanus de Mellico, artium magister, et Theologiæ Baccalaureus, bis cum potestate Rectoris gubernavit Academiam Vindobon. obiit circa an. 1436. vid Apfaltrer Script. Universit. Vien. part. I. p. 108.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 35

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 64.

Castellani de Bononia tabulae Syllogist. et Juridicae.

193a – 208b

3.

Castellani de Bononia tabulae Syllogisticae et juridicae. In fronte legitur haec inscriptio: "Incipit prohemium tabule Silogistice et juridice edite a me Castellano de Bononia p̄dro (: prædicto :) in civitate perusy sub Anno Dm̄ M°. ccc°. XLV De m̄s marcy". "Primum tractatum quere in fine in ultima colūpna". Proemium incipit his verbis. "Quoniam affirmatur vel negatur aliquid fore juridicum": Inspicienti mihi locum designatum haec se obtulerunt: "Primus Tractatus. Quid sine te loquar o veritas – – – Igitur te Domine deprecor Jesu Christe fili Dei vivi tua pietate – – – Michi Castellano quondam Nicolai De Bunaclellis (: vel Bunaclellis ? :) nunc actu legenti ordinaria jura civilia in studio perusino" etc.

De hoc Castellano plures consului, sed altum ubivis silentium, ita ut via ulli Eruditorum notus esse videatur. Caeterum an ipsius opus in Codice nostro perfectum absolutumque sit, dubito.

Jo. Caldi modi arguendi.

209a – 217b

4.

Prædictis tabulis additum est aliud opusculum, cujus et tenorem et Auctorem forte ex præfatiuncula divinare licet, quae his absolvitur: "Ad brevem et subtilem erudicionem juvenum quosdam modos arguendi preter alios duxi colligendum quosdam addendo et ex toto allaciones jurium novorum inserendo." Jo. Cald.: Sed quis est iste Jo. Caldus? fortassis Joan̄. Calderinus Doctor jur. canon. Bononiensis circa an̄. 1350. de quo Fabr. Bibl. med. et inf. lat. T. I. p. 321.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 35

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=1733

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)